APPENDICE III

Costituzioni capitolari

Premessa

L'attività del Capitolo di San Pietro fu regolata fin dalle origini da disposizioni pontificie (Bolle e Brevi) che si conservano nell'Archivio Segreto Vaticano e, in copia, nell'Archivio Capitolare della Basilica. Esse furono anche pubblicate nel Bollario della Basilica Vaticana[1]. Dette disposizioni rappresentarono la fonte autorevole per la redazione degli Statuti del Capitolo, che ebbero nei secoli approvazioni e conferme da parte dei pontefici. I Regolamenti, redatti parallelamente agli Statuti, ne rappresentano le norme applicative. Di tali Regolamenti in questa Appendice III vengono pubblicate esclusivamente le disposizioni riguardanti la gestione della Cappella Giulia e le funzioni del prefetto di essa, definito a volte anche »prefetto della musica«, eletto ogni due anni, analogamente alle altre cariche capitolari.
Per uno sguardo complessivo dei compiti e delle attività capitolari riguardanti la Cappella Giulia e il canto sacro in Basilica, si può Consultare l'Appendice II di questo Secondo Volume *on line*.

[1] Cfr. *Collectionis Bullarum et Brevium aliorumque diplomatum sacrosanctae Basilicae Vaticanae*, [Tomus I-III]; Tomus II, ab Urbano V. ad Paulum III. productus, notis auctus et illustratus [a cura di G. Cenni e A. Martinetti], Romae, Excudit Jo: Maria Salvioni [...], 1750; Tomus III a Julio III ad Benedictum XIV [a cura di G. Cenni e A. Martinetti], Romae, excudit Jo: Maria Salvioni [...], 1752.

I

[Estratto da:]
Capita Constitutionum
Sacrosanctae basilicae Principis Apostolorum, mandato Pauli V ex Bullis et Constitutionibus summorum pontificum primum collecta atque auctoritate Pii papae XI reformata, [Città del Vaticano], Typis Polyglottis Vaticanis, MCMXXXVIII.

[…] pag. 32

IX – De Capella Iulia, fundata et erecta a Papa Iulio II

139. Per Capitulum eligatur unus ex canonicis Basilicae, qui omnimode Capellae Iuliae praesit.

140. In ipsa Capella sint: magister musicae, quatuordecim cantores, decem scholares, sex capellani chori, et duo organorum modulatores.

141. Qui omnes nonnisi idonei et capaces, praevio experimento, a Capitulo assumantur.

142. Cantores et scholares inserviant omnes diebus communibus; aliis diebus inserviant per tertiarias, tempore Quadragesimae excepto, quo servire tenentur per mediarias, ut latius habetur in peculiaribus Capellae Statutis.

143. Capellani chori, quorum est Horas canonicas in Choro decantare, inserviant omnes diebus dominicis, in Maiori Hebdomada, in festis duplicibus I classis et in festo Cathedrae Sancti Petri Romae; reliquis vero diebus inserviant per mediarias.

144. Praedictis omnibus dentur, praeter salaria unicuique iuxta tabellam assignata, libri ad usum sacrorum necessarii, nec non vestes talares violacei coloris, quas induere teneantur, quoties Capellae inserviunt.

145. Introitus Capellae in alium usum, quam dictae Capellae non convertantur, qui si pro expensis non sufficiunt, suppleatur de massa communi.

146. Statutorum, Constitutionum et Ordinationum capita in hoc libello contenta annis singulis praestituta die perlegantur, et a principio usque ad finem lectionis interessentibus distributio a Paulo V assignata largiatur.

II

[Estratto da:]
Statuta Capituli
basilicae patriarchalis Sancti Petri in Vaticano, E Civitate Vaticana, die XXIII maii MCMXCIX (23 maggio 1999)

[L'estratto che segue fa parte degli Statuti approvati dal Capitolo il 15 novembre 2004 e riconosciuti dalla Segreteria di Stato il 20 gennaio 2005; essi sono stati promulgati il 1° febbraio 2006].

[pag. 23]

DE CAPPELLAE MUSICALI PRAEFECTO

Art. 36
Cappellae musicalis praefectus personam Capituli gerit quoad ipsum chorum atque illius disciplinam necnon auctuositatem, audito cardinale archipresbytero, curat ad liturgicis celebrationibus eiusdem Capituli operam dandam in Basilica.

Art. 37
§ 1. Praefectus chori cantores deligit, chori magistro audito. Chori magister et organarius a Capitulo eliguntur.
§ 2. Praefectus efficit ut contractus inter Capitulum et chori canentium sodales statuti rite serventur, omnibus peculiaribus condicionibus attentis.

Art. 38 Praefectus curat ut chori magister, organarius et cantores diligenter operam suam liturgicis celebrationibus dent, servatis normis liturgicis et ecclesiasticae auctoritatis praescriptis, praecipue quod ad cantum gregorianum et sacram polyphoniam attinet.[2]

Art. 39 Praefectus curat ut musici libri diligenter serventur atque illorum elenchus conficiatur, quotannis renovetur et in Archivo custodiatur.

Art. 40 Praefectus vigilat ut in musicis exsecutionibus, quae extra actionem liturgicam fiunt, semper auctoritatis ecclesiasticae praescripta serventur. [3]

[pag. 54]

Art. 22
Il prefetto della Cappella musicale scelto dai canonici del Capitolo :

§ 1 propone al Capitolo la nomina del maestro di cappella e dell'organista scelto dal maestro;

§ 2 riceve la comunicazione dei nominativi dei cantori scelti dal maestro:

§ 3 è responsabile assieme al maestro dell'Archivio musicale;

§ 4 cura che l'esecuzione dei canti avvenga conformemente alle norme liturgiche;
[…]

2 Cfr. Concilium Oecumenicum Vaticanum. II, *Constitutiones Sacrosanctum. Concilium*, n. 116.
3 Cfr 7 Concilium. pro cultu divino, Instructio quoad »Concerti nelle Chiese«, diei 5 novembris 1987.